

Hochschule für Musik und Tanz Köln - Hochschulbibliothek

Officium in sabbato sancto

s.l.

Ad Vesperas.

[urn:nbn:de:hbz:kn38-8204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:kn38-8204)

cuntur, sed statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat.

Véspere autem sábbati.

Et prosequitur Chorus, Quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlchrum, allelúja.

Deinde cantatur, Magnificat cum Gloria Patri in fine, et fit incensatio, ut alias in Vesperis.

¶ Celebrans in cornu Epistolæ intonat Antiphonam Véspere autem Sábbati, præintonatam ei a Diacono, deinde sedent omnes; surgunt ad Magnificat, Celebrans incensat Altare, et Chorus incensatur a Diacono.

CANTICUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

MAGNIFICAT* ánima mea Dóminum:
 Met exultávit spíritus meus* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ:*
 ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est;*
 et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies* timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispé-
sit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit
húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites di-
mísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordá-
tus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abra-
ham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri. Sicut erat.

Repetita Antiphona, Celebrans dicit:

ŷ. Dóminus vobíscum.

ŕ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

SPIRITUM nobis, Dómine, tuæ caritátis in-
fúnde: ut quos sacraméntis paschálibus
satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per
Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæ-
culórum. ŕ. Amen.

Deinde dicit:

ŷ. Dóminus vobíscum.

ŕ. Et cum spírítu tuo.

Et Diaconus vertens se ad populum, cantat: *Ite Missa est, allelúja, allelúja.*

ñ. *Deo grátias, allelúja, allelúja.*

Et Sacerdos, dicto, *Pláceat tibi, sancta Trínitas, etc., dat benedictionem, more solito.*

Extra Chorum, dicto Pater noster, et Ave María, Vesperæ inchoantur absolute ab Antiphona, Allelúja, allelúja, allelúja.

PSALMUS 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes: * laudate eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat.

Antiphona. *Allelúja, allelúja, allelúja.*
Capitulum, Hymnus, et v. non dicuntur

Ad Magnificat, Antiphona.

Véspere autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlchrum, allelúja.

Canticum. *Magnificat, pag. 125, cum Glória Patri.*

Et repetitur Antiphona. Vespere autem.

Deinde *v.* Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

SPIRITUM nobis, Dómine, tuæ caritátis in-
sfúnde: ut quos sacraméntis paschálibus
satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per
Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spírítus sancti Deus, per ómnia sæcula sæ-
culórum.

R. Amen.

v. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

v. Benedicámus Dómino, allelúja, al-
lelúja.

R. Deo grátias, allelúja, allelúja.

Deinde additur, Pater noster, **et nihil aliud.**

AD COMPLETORIUM.

Lector incipit *v.* Jube, domne, benedicere.

Benedictio. Noctem quiétam, et finem
perféctum concédát nobis Dóminus omni-
potens. *R.* Amen.